



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallebart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Salvus Condvctvs Concessvs, Germanicæ Nationi, In Congregatione  
generali, die XIV. Martij, M. D. LXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

Indictio futurae Sessionis.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis Legatis, statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse Festam quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini, quae erit die xiv. Mensis Maij.

## SALVVS CONDVCTVS CONCESSVS,

GERMANICÆ NATIONI,

In Congregatione generali, die xiv. Martij,

M. D. LXII.



SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolica Legatis, Vniuersis idem factis, quibus, & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militum popularibus, & alijs quibuscumq, viris cuiuscumque status, conditionis aut qualitatis existant, Germanicae provinciae, & nationis, ciuitatibus, & alijs locis eiusdem, & omnibus alijs Ecclesiasticis, & secularibus, praesertim Augustanae Confessionis personis, qui aut quae vnà cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque uenerunt, quocumque nomine censeantur aut valeant nuncupari, tenore presentium publicam fidem, & plenissimam verissimam securitatem, quam saluum conductum appellant, liberè ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidemq, manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, vnà cum ipsa Synodo de quibuscumque negotijs tractandi, examinandi discutiendi, & omnia, quae ad ipsos libuerit, ac articulos quoslibet, tam scripto quàm verbo, re offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris, & Beatorum

rum verbis, sententiis & rationibus declarandi, astruendi, & persuadendi, & si opus fuerit, etiam obiecta Concilij generalis respondendi, & cum ijs, qui à Concilio delecti fuerint, disputandi, aut charitativè absque omni impedimento conferendi, opprobrijs, conuicijs, ac contumelijs penitus semotis, & signanter, quod cause controuersa secundum sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholica Ecclesia consensus, & sanctorum Patrum auctoritates in predicto Concilio Tridentino tractentur, illo etiam addito, vt religionis pretextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut comittendorum, minime puniantur, impertitur, ac omnino concedit; sic etiam propter illorum presentiam neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa ciuitate Tridentina à diuinis officijs quouis modo cessetur. Et vt his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit; aut maiorum suorum mandato, & assensu ad propria reuerti optabunt; aut aliquis eorum optabit; mox absque vlla renitentia, & occasione, aut mora, saluis rebus eorum, & suorum pariter honore & personis, vice versa, possint iuxta beneplacitum liberè & securè redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum; vt tunc opportunè eorum securitati, absque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide, saluoq; conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessaria & opportuna fuerint. Illud etiam, ad maiorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quod, si quispiam, aut illorum aliqui siue in itinere, Tridentum veniendo, siue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assurationis beneficium, eis concessum, annullari, aut cassari; vult, & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat, & non ab alijs condigna animaduersione cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda & laudanda, maxime puniantur: illorum assurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, vt, si quisquam, vel aliquis ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint aut commiserint,

qu)

ncilij Tri-  
de clara  
neat in dno  
1545

quo posset, huius fidei publica, & assurance beneficii violari, quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab alijs, condigna animaduersione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustani Confessionis, tunc hic presentium, merito laudanda & approbanda, mox puniantur; presenti assurance forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus omnibus & singulis toties, quotiescumq; opportunum fuerit seu necessarium, ad urbem capiendam, exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, necnon nuncium, vel nuncios suos ad quecumque loca pro necessarijs negotijs ordinandis liberè mittere seu destinare, & missos seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere quoties eis videbitur expedire: ita quod aliqui, vel aliqui putandos Concilij socientur, qui eorum securitati provideant, & provideat. Qui quidem saluus conductus & securitas statim durare debeat a tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodum suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & vsque ad eandem perducatur, ac toto tempore mansionis eorum ibidem: Et postquam sum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum premissis, cum ipsi petierint; aut Concilium habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento vsque in quem elegerit sibi locum tutum, Deo fauente, restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro vniuersis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus quibuscumque, atque omnibus alijs Ecclesiasticis & secularibus personis, cuiuscumque status & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inuolabiliter obseruanda se promittit, & bona fide spondet. Insuper omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullatenus manifestè, vel occultè occasionem quasituram, aut aliquam inritate potentia, iure, vel statuto, priuilegio legum, vel Canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim Constantiensis, & Constantiensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquo beneficio publica, & plenissima assurance, ac publica & libera autoritate, ipsis per ipsam Synodum concessa, præiudicium, quomodoque usuram, aut quemquam vti permissuram: quibus in hac parte

Conc. Co-  
stantien.  
Sess. 19. in  
cap. quod  
non ob-  
stantibus  
salus con-  
ductibus.

hac vi re derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscumque conditionis, vel status, aut prae eminentiae existens, praescripta affectationis & salui conductus formam & modum in quocumque pacto vel clausula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & sufficiens emenda non fuerit mox subsequenda, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda: habeant ipsam Synodum, & habere potuerunt, incidisse in omnes poenas, quas iure diuino & humano, aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias nationes.

Eadem sacrosancta Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis, quae sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, prouinciis, ciuitatibus, ac locis, in quibus publice, & impune praedicatur, vel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam siue saluum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX.

QVAE EST TERTIA

SVB PIO IV. PONTIF. MAXIM.  
CELEBRATA DIE. XIV. MAII,  
M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

**S**ACROSANCTA OECUMENICA, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis Legatis, decreta ea, quae hodie in praesenti Sessione statuenda ac sancienda erant, iustus nonnullis  
ac ho-

ncilii Tridentinae  
declaratio  
near in die  
1553. ecc.